



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Responsi Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Episcopi
Namurcensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

EXEMPLAR RESPONSI

*Illusterrimi ac Reverendissimi Domini
Episcopi Namurcensis.*

Illusterrime ac Reverendissime Domine.

Gemitus Illusterrimæ ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ à me non fuit absconditus, quan-
dòquidem ejus, & zeli sui plurima mihi fuerint ex-
hibita specimina, sollicitudinem suam pro salute
animarum sibi concreditarum convincentia, quibus
totum Orbem testem adhibet, suæ in sanctam Se-
dem obedientiæ, & submissionis; non enim Anti-
dotum toti suæ Dioecesi salubrius contrà infensissi-
mos sanctæ Sedis, ac sanæ, avitæque Romanæ Fidei
hostes, qui Christi Vicario, Beati Petri Successori
definienti contradicunt, ac contumaces, & rebelles
persistunt, hauriendum præbere potuisset, quàm
Epistolam suam Pastoralem, ad me ex Vesta be-
nevolentia, & singulari affectu transmissam, non
minùs pro Fidei integritate conservandâ, quàm ve-
ritatis propalatione editam.

Eam totis animis perlegi, eique semper, & in
omnibus adhærebo, ac totis viribus continuo in-
sistam, ut idem sentiat tota Dioecesis mea, quæ huc-
usque non aliter sentire visâ est (quod mihi notum
sit) quàm Sedes Apostolica dictavit, & definivit;
quidquid oblocuti sint aliqui, quorum calumniam
retudit sententia juridicè lata, & pronunciata.

Novatorum opera in mea Dioecesi distribui, huc
usque non toleravi, ne in viam illorum pusilli, ac
mèdiocris doctrinæ viri abeant; quandòquidem li-
niant sermones suos sicut oleum, ipsi autem sint
jacula. Si enim scissuras inter ipsum genus electum

A 2 cau-

causare possint , quid verò intèr cœteros ? De iis dici posset , oculos habent , & non vident , quia vide-re nolunt ; èa-propter continuas ad Deum preces effundo ; ut eorum mentes illuminet , ac tandem illorum misertus , tamquam à somno excitati ad fa-nam doctrinam redeant , lumen veritatis agnoscant , Capitique Ecclesiæ veram obedientiam spondeant , & jurent : Id enim mihi in votis est , utque idem sapiens cum grege mihi commisso usque ad extre-mum vitæ halitum Fidem illæsam , licet in multis periculis apud Nos modo versantem , servare valeam , qui totus dico , ac plenâ observantiâ sub-scribor . Namurci hac 5. Novembris 1718. Illu-strissime , ac Reverendissime Domine , Illu-strissimæ , ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ , Humilli-mus , & obsequentissimus Servus. Erat signatum .
FERDINANDUS Episcopus Namurcensis.

EXEMPLAR RESPONSI Illustrissimi , ac Reverendissimi Domini Episcopi Ruræmundensis.

Monseigneur

JE viens de recevoir la Lettre , que Vous m'avez fait l'honneur d'écrire le 2. de ce mois , avec la Pastorale y jointe. J'ai lû , & relû l'une , & l'autre avec joye , & ne scaurois m'empêcher de louier , & approuver le zèle , qui Vous fait rompre le silence pour confirmer vos Brebis , & qui fait connoître en même tems à nos Voisins , que Nous detestons dans cette Province la nouveauté dange-reuse , & criminelle de quelques Evêques de Fran-
 ce ,